Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cxiij 200

In momento in ictu oculi in nouissima tuba. Sanet enim tuba ⁊ mortui resurgent incorrupti. et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua. Vbi est mors stimulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. virtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum. Secm s illo tempe. Dixit Johem his turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat. sic et filius quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quemquam. sed iudicium omne dedit filio ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium. non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico uobis. quia qui uerbum meum audit ⁊ credit ei qui misit me habet uitam eternam. Et in iudicium non uenit. sed transit a morte in uitam. s illo tpe. S. Johem. Dixit dominus iheu turbis iudeorum. Omne quod dat mihi pater ad me uenet. et eum qui uenit ad me non eiciam foras quia descendi de celo. non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius